



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ivdx Magistrtvs Senator**

**Zype, Franciscus van der**

**Antverpiæ, 1633**

§. X. De Pecunia imperanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14280**

## §. IX.

## De iure vitæ ac necis.

**I**Vs vitæ ac necis autocratia insignis etiam nota. Curt. l. 4. *Cum in regali folio residebis, vitæ necisque omnium civium dominus.* sic olim Romæ morte mulctabat solus Populus, leg. XII. Tab. Eius insigne pugio olim : & gladius. & olim & hodiè in inaugurationibus velut insigne imperij gladius præfertur. Tac. l. 3. *histor.* ait Vitelliū solutū à latere pugionem Cecilio Simplici Consuli in concione reddidisse, tanquā ius vitæ ac necis. Carolo Mag. ante tribunal spatha nuda perpetim præferbatur. Commodus, cum Imperator salutareretur, Iulij gladium delubro Martis detractum tenens, circumlatus est per celeberrimos vicos.

## §. X.

## De pecunia imperanda.

**P**ecuniam imperare, vectigalia capere, telonia, solius est Principis. l. 10. *de public.* vectigalia sine Imperatorum præcepto neque Præsidi, neque Curatori, neque Curia constituitur, nec præcedentia reformare, & his vel addere, vel minuere licet. non admittit tamen Loyseau pro nota imperij, contra Bodinum, quod hæc potius facti, quàm iuris æstimet. sed rectiùs Bodin. supponenda enim est potestas in Principe etsi abuti in imperandis tributis, sicut & cæteris, quæ ab eius arbitrio fluunt, contingat. quia & rectè uti potest.

## §. XI.

## De Moneta.

**C**Vdere monetam & imagine suâ signare, solius Principis est. sic Vopiscus in Firmo, *Cum ille diceret Firmum latrunculum fuisse, non Principem, contra ego illum & purpura vsum & percussa moneta Augustum esse vocitatum; quinque etiam nummos Severus Archontius protulit.* Commodus Pereninum familiarem suum poenâ capitis affecit, quòd nummos publicos suâ imagine signasset. ita iubetur leg. XII. Tab. *Triumviri monetales aurum, argentum, æs publicè signant.* & de Vngarorum politia Otto Frising : *Nullus, inquit, in tant spatiofo ambitu, Rege excepto, monetam vel telonium habere, audeat.*

Dd

proue